

Keine Zeit für Nichtstun

Der Schriftsteller Plinius berichtet, wie sein Onkel die Zeit sorgfältig nützte.

In itinere quasi solutus ceteris curis huic uni[1] vacabat: Ad latus notarius[2] cum libro et pugillaribus, cuius manus hieme manicis[3] muniebantur, ut ne caeli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet; qua ex causa Romae quoque sella[4] vehebatur[4]. Repeto[5] me correptum[6] ab eo, cur ambularem[7]: „Poteras[8]“, inquit, „has horas non perdere[8]!“. Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impenderetur[9]. Hac intentione tot ista volumina peregit electorumque commentarios[10] centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos[11] quidem et minutissimis[12] scriptos[12]; qua ratione[13] multiplicatur hic numerus.

Nonne videtur[a] tibi recordanti, quantum legerit, quantum scripserit, nec in officiis ullis nec in amicitia[14] principis fuisse[15]; rursus cum audis, quid[16] studiis laboris impenderit[9], nec scripsisse[15] satis nec legisse[15]? Quid est enim, quod haec instantia non possit efficere?

[1] **huic uni**: „für dieses Eine“; *gemeint*: Lesen, Exzerpieren und Diktieren
[2] **notarius**, -i *m.*: Stenograph
[3] **manica**, -ae *f.*: Handschuh
[4] **sella** (*Abl.*) **vehi** (vehor, veheris, vehi, vectus sum): sich in einem Tragsessel fortbewegen
[5] **repeto** 3: sich erinnern
[6] <esse>
[7] **ambulo** 1: zu Fuß gehen
[8] **poteras** ... **non perdere**: du hättest nicht zu verlieren brauchen
[9] **impendeo** 2: widmen
[10] **electorum commentarius** (-i *m.*): „Heft mit Auszügen“
[11] **opistographus**, -a, -um: auf der Rückseite beschrieben; *verbinde mit* „commentarios“
[12] **minutissimis** <litteris> **scriptos**: *bezogen auf* „commentarios“
[13] **ratio**, rationis *f.*: Art
[14] **in amicitia principis**: unter den Ratgebern des Kaisers
[15] <eum>
[16] **quid** ... **laboris**

PLINIUS, EP. III 5,15-18 GEK.; 140 WW.

[a] **Nonne videtur** ist hier im Sinn von „man müsste eigentlich glauben“ verwendet; **fuisse**, **scripsisse** und **legisse** im Sinn von „Zeit gehabt hätte, zu sein, zu schreiben, zu lesen“. Der abschließende Satz ist dementsprechend mit „Aber“ einzuleiten.